

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Qvemadmodvm de nova sancti cuiuspiam celebritate partem petant  
oblationis

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

seducatur, & damno afficiatur, ne non avariciæ detestandæ  
presumptio evitetur.

**Q**UEMADMODVM DE NOVA SANCTI  
cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

**D**Einceps, si forte p̄ diocesim episcopi alicuius noua ef-  
ferit Sancti celebritas, ad quē passim cōcurrus fit, tum  
episcopi aut praelati eo loci, oblationū omniū tertiarū aut certe  
quartam partē sibi uendicare p̄sumunt. Quod tamen dome-  
stica eorum, nempe canonica iura, eis non permittunt, quin  
oblata illa pecunia, potius ac merito, pro totius Christianæ  
reipub. necessitate, ad contrahendū militum manūm, paran-  
damq̄ expeditiōni bellicæ cōmeatum contra Turcas usur-  
paretur, aut certe in proximiū uerteretur necessarios usus.

**Q**UO PACTO ILLICITAM A PRAEPOSITIS  
monasteriorū deo dicatarū uirginum petant pecuniā.

**I**TEM, quiū monasteria aliqua deo dicatarū uirginum,  
per præpositos, seu prefectos gubernentur, qui tñ ad libi-  
tum officio hoc moueri possunt: neq; em perpetua est hæc  
præpositura: attamē episcopi, acceptationi aut missioni pre-  
positorū, prius consensum suū adhibere recusant, quā a mo-  
nasteriorū deo deuotarum, si implicitumq; puellarū pecuniæ  
aliquid numeratū fuerit.

**I**TEM, quiū Abbas quispiam, aut Abbatissa eligitur,  
cogunt iterū per suffraganeos cōsecrari, licet antea ut mona-  
chi & moniales satis superq; sint consecrati, Suffraganeūq;  
cum suis regie excipere & pascere, ac insuper tanq; munera  
loco, magnam persoluere pecuniā. Quæ res non in paruum  
damnum cedit monasteriorū, sed etiam illorū, quibus mo-  
nasteria illa sunt subiecta. Insuper Pontifices summī multa  
ac uaria incuria Romana excogitarunt officia, quæ ipsi im-  
mani uendūt precio, quod quidem illi persoluere coguntur  
qui (ita iubente pontifice) operatulum indigēt officialium,  
seu scriptorū. Hinc euénit, ut natio Germanica, precipue ue-  
ro episcopi, quoties Pallium redimūt, aut cōfirmationem a  
Romano